

denotare: inde huiusmodi electi, seu pedes domini, non in igne, sed in camino ardenti dicuntur: quia illustrissimi illi, & inclyti iusti robustissima, ac fortissima tribulatione erunt probandi, ac examinandi Favet Haymo: Sicut Antichristus erit crudelior omnibus persecutoribus, ita & fortiores erunt omnibus vero Martyribus; nam ipse caminus validissimam tribulationem significat, de qua Dominus Matthaei cap. 24 laicit: Erunt tribulationes tales, qualis non fuit, nec fiet. Idem habet Albertus Magnus.

Matth. 24.

491.

3. Reg. 7.

Alcazar.

Gerf.

Elcob.

Per mare

peccantiam

ad

Eucharistiam

deveniens

anno.

491.

In Pralato

vigilantia

& diligentia

cum charitate.

D. August.

Richard.

D. August.

493.

Victor.

Ticon.

Aretas.

Isai. 12.

Apolo.

Prædicatores

ostendunt sapi-

entiam, &

fortitudinem.

1. Cor. 13.

Quam speciosi

pedes evangelizantium

pacem, evangelizantium bona!

Can. 7. n. 1.

Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis: Et hi pedes non dicuntur similes

auro, vel aeri, sed aurichalco, quod utriusque habet speciem: quia hi sua sapientia splenduerunt, ut aurum suae constantia expretarent fortitudinem aeri. Unde d. Irenaeus lib. 4. c. 37 Chalcolibanum refert ad fortitudinem fidei, & ad perseverantiam in rot advertis arumnis & persecutionibus, quas praecoces dei, ejus amore pertulerunt usque ad mortem, & martyrium

Septimò. Aliiter Aretas cum per chalcolibanum interpretetur thum mactu um, quod fragrantissimi est odoris, cum igni superimponitur. tales debent esse praecoces divini verbi ut virtute, sanctitate, ac doctrina fragrantissimi emittant odorem. Sic ait Aretas: Sicut vis fragrantia sunt Christi Discipuli Ideo ait Paulus 2. Corinth. 2. num 15. Christi bona fragrantia sumus, in his qui salvi sunt, & in his qui pereunt. Hunc bonum odorem D. Hieronym. D. Ambros. d. Anselmus referunt ad praedicationem, & doctrinam Evangelicam, d. Augustin ad vitam, & mores, quo suavissimo odore apostoli, ac Praedicatores Evangelici replent orbem. Nota, quod ait Apostolus: Bonus odor in his, qui salvi sunt, & in his, qui pereunt. Quia tam bonus odor est gratia & misericordia iustis, & his, qui salvi sunt: ac est bonus odor iustitia, ac castigatio iniquis, & his, qui pereunt.

Octavò. dicuntur etiam Praedicatores similes aurichalco in camino ardenti: comparantur cum huiusmodi metallo, quod valde magnum, ac suavem emittit sonum: & in camino ardenti, nam Concionator charitate ardet, & alios ardere facit d. Gregor. Magn. hom. 3. in Ezech. ad illa verba Prophetæ. 1. n. 7. Quasi aspectus aris candentis. Sic ait Sanct. doctor. Bene as candens dicitur, quia vita praedicationum sonat, & ardet, ardet enim desiderio, sonat verbo. Vel in camino ardenti laborum ac pressurarum, quas praecoces dei Verbi pro doctrina Evangelica patiuntur: & idèd al' qui apud Cornelium à Lapide dicunt, in hoc chalcolibano, sive are libano, alludi ad altare holocaustorum, quod ex hoc are erat fabricatum: Ad huiusmodi ignem holocaustorum respicit hic Joannes, quia Praedicator tot laboribus se exponit, ut idem sit, suscipere munus praedicationis ac in altari, & igne se offerre Deo in holocaustum.

In Plaustrò novo boves portabant arcam, & dicitur: Ibant autem in directam vacca per viam: & itinere uno gradiebantur, pergentes, & in gientes & non declinabant, nec ad dexteram, nec ad sinistram. 1. Reg. 6. num. 12 Per has vacas arcam portantes, Praedicatores interpretantur d. Gregor. hom. 17. in Evang. & lib. 7. Moral. cap. 14. vel 18. & Beda, qui sic ait: Qui uno eodemque fidei & veritatis calle gradiuntur, gementes quidem quasi homines, separati se ab his quos diligunt, libentius tamen eos ubi necessitas ingruerit, quam iustitia viam deserentes: ardentius ad victimam Passionis, pro arca Dei properantes, quam fletu filiorum, arcam deponere consentientes. Quibus ultimis verbis, ut observavit Mendoza ad citatum locum Reg. Annot. 21. sect. 1. n. 8. alludit ad holocaustum, quod de his vaccis in sine itineris factum est n. 5. Et conciderunt ligna plaustris: vaccaque impulerunt super ea holocaustum Domino. Vacca significat Dei concionatores, portantes arcam, sacram scilicet

494.

Praedicatores

dent odorem

doctrinae, &

vita.

Aretas.

2. Cor. 2.

D. Hieron.

Tam bonum

odor est iusti-

tiae, ac misericordiae.

495.

D. Greg.

Cor.

Qui praedicat

ut in holocaustum se offerat

Deo.

496.

D. Gregor.

Beda.

1. Reg. 6.

D. Gregor.

Mendoza.

1. Cor.

Munus praedicationis, & holocaustum est.

licet Scripturam ac doctrinam Evangelicam: gementes pro conversione fidelium, quos tanquam filios suos in Christo generabunt; non declinantes pro lucro, ac bono temporali; pergentes ardentius ad victimam Passionis. Nam idem est, quod collum submitterent ad portandam arcam, ac praedicat onem Evangelicam; ac collum submittere gladio persecutionis, ut se offerant Deo in sacrificium, ac holocaustum, in igne tribulationis ac pressurarum.

497.

Exod. 3.

D. Greg.

Munus praedicationis, & holocaustum est.

Rubus ardens obicitur Moysi; vehementi videnti studio fertur Patriarcha; vox inhibet caelestis: Solve calceamentum de pedibus tuis. Exod. 3. numero 5. Cur praecceptum urget, ut calceamentis Moyses spoliatur; Opportunè Divus Gregor. Moysen, ait, alloquutus ostendit, quia Doctor populi fiet. Mittitur Moyses in Aegyptum, praedicaturus Dei majestatem, nomen fidelitatem, ac magnalia; & dicitur ei: Solve calceamentum de pedibus tuis. Cum Praedicator constituitur, stat in ei longa via assignatur, & iter spinis, tribulatio & lapidibus plenum, quo illius pedes vulnerandi, ac cruciendandi sunt. In Apostolica missione mille de bes sub re labores, innumerisque incommodis tentari.

QUESTIO LX.

Quare haec vox erat, sicut aquarum multarum?

498.

Variè ac multipliciter haec vox explicatur, quae omnia ad quatuor capita reduci possunt. Et primò ad gentes, Secundo ad Divinam gratiam: Tertio ad Scripturam sacram: Quarto ad praedicationem Evangelicam.

499.

Alcazar.

Ribeira.

D. Ambr.

500.

Victor.

Arias.

Aretas.

Haymo.

Charitas ad multa virtutum opera accendit.

Et primò Alcazar existimat, hanc vocem donotare persecutionem Romani Imperii: ac si aquae multae, multae sint gentes frementes, ac furentes in Ecclesiam, ejusque filios fideles: sed cum haec sit vox Christi, non est fremementum gentium. Secundo Ribeira hanc vocem refert ad condemnationem impiorum: tanquam si haec sit vox Christi valde terrificam impiis condemnantis in extremo iudicio: sed quia haec signficantur per gladium, qui sequitur, ideo alia est intelligentia hujus vocis. Tertio d. Ambr. quia multae aquae multae populi sunt, sic ait: Per vocem aquarum multarum multitudo gentium, quae ad fidem Christi accurrit, designatur.

Secundum caput, de gratia. Et primò Victorinus, ad aquas Baptismi refert, ad quas Christus vocabatur. Secundo Arias Montanus ad affluentiam caelestium virtutum, quae ex ore Christi dimanabat: in qua expositione est Aretas, qui hanc vocem aquarum multarum, ad multitudinem gratiarum refert, quae ex ore Christi, tanquam ex fonte, defluebant, juxta illud Joan. 6. numer. 38. Flumina de ventre eius fluent aqua viva. Similiter Haymo hanc vocem refert ad charitatem: & ait: Bene vox singularis Christi, tanquam vox aquarum multarum; quia cum una sit Charitas, si mentem repleverit, haec ad innumera virtutum opera multiformiter accendit. Sed cum charitas sit una

cur ad junctas multarum aquarum dicitur; Quia licet sit una, plurima tamen virtutum opera generat, & producit.

Tertium expositionum caput de sacra Scriptura Nam saepe in sacro textu per aquam sacra Scriptura designatur. Repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris operientes. Isai. 11. num. 9. Erunt in die illa, exibunt aquae viva de Jerusalem. Zachar. 14. numero 8. Ubi d. Hieronym & alii interpretes communiter per aquam sacram Scripturam interpretantur. Cujus rei rationem assignat Noster Divus Cyrillus Alexandr. lib. 5. in Joannem cap. 10. Aqua Sapientiae salutaris (hoc est sacra Scriptura) noxam hujus mundi sitim, & visorum ardorem prorsus extinguit: sordes omnes peccatorum eluit: anima nostra terram caelesti imbre irrorat, atque fecundat. Quamvis Scriptura in se sit una, vox illius dicitur multarum aquarum, quia instar multarum aquarum, animas lavat, & mundat.

Secundo Rupertus: Aquarum nomine, ait, Divina Scriptura solent intelligi: constat autem, quia ille filius hominis caput candidum, pedes habens huiusmodi similes aurichalco, quidquid in Passionibus, sive tentationibus suis loquebatur, vel tunc usque loquitur, sanctorum consonat Scripturarum; & consentit vocibus, ac sensibus; imò & vita, & mors ejus, resurrectio quoque, & Ascensio ejus. Sicque, & sic idcirco processit, ut Scriptura impleverit: igitur vox ejus, tanquam vox aquarum multarum, quae multae sunt, scilicet legis, Prophetarum, atque Psalmorum, quoniam necesse est impleri omnia; quae scripta sunt de me. Luc. 24. Scribit Joannes, Luc. 24. caput Christi esse candidum: pedes similes aurichalco in camino ardenti: oculos ejus, ut flammam ignis; sicut caput denotat Divinitatem, ita pedes humanitatem: & dicuntur in camino ardenti, ut significetur ejus Passio & mors quam pro nobis pertulit: oculos inflammati ejus summam providentiam, & curam super gentes humanitatis: ecce! cur vox illius, dicitur vox aquarum multarum, scilicet, Scripturarum: quia quidquid Christi erat: totum Scriptura dicit, loquitur, & clamat: ita ut vita ipsius, nil aliud esset, nisi quaedam adimpletio vocum ac testimoniorum sacrae Scripturae.

Tertio, Joachimus Abbas: Vox Christi, vox aquarum multarum, ait quia sicut guttae multae decidens pluvia sono multiplici concorditer sonat, ita multiplicata Scriptura sacra eloquia, in quibus loquitur Christus, eandem sonant veritatis sententiam: quam ob causam Scriptura rota illi apud Ezechielem cap. 1. comparatur, cum dicitur: Apparuit rota una super terram, juxta animalia, habens quatuor facies; & aspectus earum, & opera, quasi sit rota in medio rotae: & una similitudo ipsarum quatuor. Si plurimae sunt aquae defluentes, cur non dicitur à Joanne quod plurimae sint voces; Quia licet aquae multae, una erat earum vox; quia licet multi sint Scriptores sacrae paginae: multique sint libri, tamen omnes una nimirum in una veritatis voce conveniunt: & ideo apud Ezechielem dicitur: Rota in medio rota. Ubi Divus Gregorius per rotam, sacram Scripturam interpretatur: quae quatuor facies habet: quia utrumque testamentum in quatuor partes distinguitur, videlicet

501. Sacra Scriptura.

Isai. 11.

Zachar. 14.

D. Hieron.

D. Chryf.

Scriptura in se una, instar multarum aquarum.

lavit.

Rupert.

Vita Christi

Scripturarum

adimpletio.

501.

Joachim.

Ezech. 1.

Scriptura licet habeat multos libros, summa est eius consonantia.

D. Greg.

1. Cor.

in legem, & Prophetas seu Prophetarum, dicta & in Evangelia, Acta, seu dicta Apostolorum. Tamen una similitudo ipsarum quat or dicitur, ut indicetur summa omnium scripturarum confensio.

504. Quartum expositionum caput Prædicatorem Evangelium per hanc vocem aquarum multarum interpretatur Ita Divus Augustinus D. Gregor Primas, Ticon, Haymo, v. Anselm, Gregor Primas, Ticon, Haymo, v. Anselm, Ansbertus, Seraphin, Petrus, Viegas & alii. Et hæc est verisimilior sententia. Alludit hic Joannes ad locum Ezech. 43. n. 2. Ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem: & vox erat ei, quasi vox aquarum multarum: & terra splendebat a majestate ejus. Sic ait hic Joannes: Vox illius, & aquarum multarum. Ac si dicat: vox Christi, discipulorum que ejus prædicantium erat valde fortis, & penetrans; & efficax, qualis esse solet aquarum multarum cum impetu defluentium, & ad hoc declarandum aquarum similitudine utitur Joannes.

505. Secundus, d. Bernard. Senens. Quia sicut aqua, ait, est extinguitur ignis, sic sicut animalium, producit a vitentium, & glutinaria, & univaria partium & sidentium, & mollitia ad recipiendas formas imaginum: sic prædicatio sordes prædicatorem abluit; ardorem concupiscentia extinguit: Pharaonem cum exercitu submergit; virtutes vivificat, discordes conciliat, superbos mollificat. Idem habet Albertus Magnus: Cum elogium dei ignis indicatur, quomodo vox ejus cum quibus multis comparatur? Merito sanè. Nam prædicatio Evangelica, inter aquam, quæ extinguit situm rerum temporalium: refrigerat ætium concupiscentia: mundat, & lavat peccatorum sordes; celestibusque documentis rigat, & fecundat corda nostra; in d. & vivificat: partes dissidentes congregat, unit; mollitque nostrum pectus, ut in eo imprimatur divinarum cogitationum imago; & tandem Principem tenebrarum cum exercitu suo submergit.

506. Tertio, d. Anton. Paduan hic in fragm. Sicut, ait, aqua multa, quæ cum in petu vadunt, omne obstaculum irumpunt: sic vox prædicationis Prælati omne obstaculum vitiorum, & impedimentum salutis debet irumpere. Quomodo vox Prædicatorem, ac Prælati, quæ debet esse suavis, ut suos ad virtutem alliciat, dicitur vox aquarum multarum decurrentium, quæ incussiva timoris est? Merito tamen vox Prædicatorem, ac Prælati voci aquarum multarum assimilatur: quia sicut aquæ obstacula suo cursui resistentia effringunt, ac evellunt, sic vox Prædicatorem, ac Prælati, sui efficaciam omne impedimentum salutis subditorum, ac auditorum omni conatu debet removere, ac excludere. Ad hoc respicit Glossa Moralis: Vox illius, tanquam vox aquarum multarum, per quam significatur efficacia verbi tam in prædicando, quam in corripiendo, quæ debet esse in prælato.

507. Quarto, Haymo, Ansbertus, Joachimus, Superius legimus, ait, quod Joannes audierit vocem Angeli, tanquam tubæ; nunc autem tanquam vocem aquarum multarum, quia videlicet prius per paucos Prædicatores insonuit, de quibus Dominus dicit: Messis quidem multa...

D. August. D. Greg. Primas. Ticon. Haymo. Ansbertus. D. Anselm. Ezech. 43. Prædicatio Evangelii sonora, & efficax.

Alb. Magn. Mira virtus prædicationis.

D. Ant.

Vox prædicatorem, ac Prælati omne impedimentum salutis suorum remouet.

Gloss. Mor.

Haymo. Ansbert. Joachim.

ta operarii autem pauci. Matth. 9. Et postea Matth. 9. populorum multorum officio reseruitur; aqua enim multi populi sunt: quod enim primum pauci Prædicatores, hic postea totius mundi clamant. Superius dixit Joannes, se audisse vocem, tanquam tubæ; nunc vero ait, vocem à se perceptam, esse sicut aquarum multarum: sine dubio majoris sonitum edunt aquæ cum in petu decurrentes, quam unica tuba. Cur ergo non dixit, se audisse vocem tubarum multarum, sed unius tubæ: modò verò instat multarum aquarum? Magno sanè mysterio, quia in exordio primitivæ Ecclesiæ, vox erat, veluti unius tubæ: tunc enim pauci erant Prædicatores: At verò nunc vox est multarum aquarum: multi enim modò sunt præcones Evangelium annuntiantes: ideo sonus, qui prius erat unius tubæ, modò est instat multarum aquarum.

Quinto, Andreas Cæsariens. Hand injuria, ait, vox illius, aquarum multitudinis assimilatur: nam una, eademque illius, & spiritus vox est: ac spiritus visus, ut aqua visus terrenus, & hæc illam ventre suavit, clareque per terrarum orbem personat. Vox illius, vox aquarum multarum; & tamen statim num. sequenti dicitur: De ore ejus gladius ex utraque parte exit. Per vocem aquarum multarum intelligitur prædicatio Evangelica, ut sapè diximus: & illud est mirabile, quod cum habere gladium in ore, dicitur vox illius, ut aquarum: si aliquid ore retinetur, vox impeditur, raucè profertur, & minime sonat. Deinde cur vox Prædicatorem comparatur aquæ? Cur non potius aviculæ suavit, vel cymbalo sonanti: sed aquæ? Quæ hujus rei similitudo? Vox Prædicatorem sua doctrina est, ut gladius, & ut aqua multa: nam ejus efficaciam via esse debet, & penetrans ad animam, & hoc ita dilucide, & clarè, ut aqua pura, & crystallina, ut omnes illam gustare, de eaque bibere possint.

Sexto, Richardus Victorinus: Quia quilibet admodum, sonus aquarum aliis odibilis, aliis amabilis: sic prædicatio Scripturarum bonis placet, malis displicet: bonos mulcet, malos terret; demulcet per calosium prætorum promissionem, terret per torminum infernalium comminationem. Vox Prædicatorem, quemadmodum aquarum multarum currentium per omnem orbem: In omnem terram exiit sonus eorum. In fines orbis terra verba eorum. Psalmo 19. Quomodo eorum vox dicitur, tanquam aquarum multarum? Nam eloquia Domini dulciora super mel & favum: & idèd vehementer sponsa petebat, dicens: Sonet vox tua in auribus meis. Quomodo ergo dicitur vox aquarum multarum: nam torrens inundans terribilis est, & aqua, cum è loco alto per valles decurrunt, vehementi suo sonitu terrorem incutiunt. At verò aquæ decurrentes per valles va de amœnæ, & gratæ sunt. Ecce cur vox prædicatorem, aquarum voci comparatur: sicut enim sonus aquarum aliis est amabilis aliis odibilis: torrensque aquarum multis formidolosus, aliisque pericundus: sic est prædicatio Evangelica, quæ bonis est suavis, & grata; malis est odibilis, & aspera. Eideo quæ modò aquæ irriganti comparatur, statim cum gadio pungente, ac inter

508. Anr. Cæs.

Vox prædicatorem efficaciam, si sit clara, & dilucida.

509. Richard.

Psal. 19.

Aquil. Theod.

Joan. 4.

Prædicatio Evangelica bonis placet, malis displicet.

interficiende assimilatur sequenti numero.

Septimo, Hugo de Sancto Victore: Vox igitur ejus, tanquam vox aquarum multarum, vox ejus ad modum aquarum per orbem currentium, cum irrigantium, sonat. Vox Prædicatorem est, quæ modò instat aquarum multarum dicitur, & quæ vox est, quæ modò similitudinem aquarum multarum præfert, & statim ensis ancipitis speciem, ut sequenti numero dicitur: De ore ejus gladius ex utraque parte acutus exit. Et quæ vox hæc quæ facile scindere, & scindi potest: facile enim scindit gladius acutus, & facile aquæ scinduntur; verè prædicatorem vox gladii tunc viget acumine, & potestatem prævalet, victorum regna dillectare, cum instat aquæ funditur, & aquæ retinet conditiones. Nam ut ait Glossa: Prædicatio obrinet vim aquæ, quia mundat. Aqua mundat cum clara, & pura est, & speculi vices agit: turbida enim, & cœnosa, sicut objectarum rerum species non accipit, ita nec reddit: Vox enim Prædicatorem, tunc est instat perlucidi aquarum rivuli, quando ita se accommodat auditoribus, ut in ipsa aquarum, seu documentorum perspicuitate, ii, qui adstant expressas imagines suorum appetituum contueantur. Tunc prædicatorem vox gladium acutum exprimit, ut terrenorum corda proscindat, quando ipsa vox ita scindit, ut auditorum animos exprimat, & reddat: & tunc valet eos munda re, ac purificare, quando eis se attemperat, & vices agit perlucidi speculi, ut cuilibet reddat suas ægritudines, & quidquid tenere, vel fugere debeat.

510. Hugo.

Glossa. Tunc vox Prædicatorem efficaciam, quando auditorum mores exprimit.

511.

Cantic. 7.

Chadæus

Prædicatorem auditorum rugas, ac defectus prudenter aperiat.

Aquil. Theod.

Joan. 4.

Divinus Sponsus oculis suæ sponsæ delectatus, eos commendans, ait: Oculi tui sicut piscina in Hesebon, quæ sunt in porta filia multitudinis. Cantic 7. n. 4. Per oculos sponsæ, Prædicatores, & prælatos designari, communis est Patrum sententia. Et hoc aperte sentit Chaldæus vertens: Scriba tui plenisum sapientia. Et quando Scribæ, ac Doctores tanta sapientia resplendent: sicut piscina in Hesebon, quæ sunt in porta filia multitudinis? Quando sicut piscinæ, seu limpidissimis redundantiæ aquis stagna esse, demonstrantur, ut in sua perspicuitate, ac claritate, multitudinum spectantium species, & impressas retinent, & similes emittunt. Nullus in ore nævus, nulla infidet in facie ruga, quæ lateat aquas, & quam non prodeant, nullus in conscientia sit nævus, nulla in vita ruga audientium, ad quam Prædicatorem sua doctrina non convertat sermonem, ut illam in oculis altantium exprimat, & effingat. Ad hoc tendit Aquilæ translatio, teste Theodoro: Oculi tui sicut piscina cogitationum. Contendit sponsus Prælatos, & concionatores, ad oculos vi polere, ut non ea tantum, quæ à foris apparent, teneantur patefacere: sed etiam ea, quæ in secretioribus abditis mentis reconduuntur; ita ut sint tanquam specula, quæ ipsarum cogitationum species ad se trahant, & formam illarum prodant.

Verba facturus Jesus cum Samaritana, ut eam revocaret ad salutem; ut ait Joannes 4. num. 6. Jesus fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem. Fons fonti coniungitur, ut Jesus fons aquæ salientis in vitam æternam, in perluciditate, ac claritate suarum aquarum, seu verborum, mulieri repræsentet, ac objiciat sua

delicta. A Samaritana petit Jesus aquam quam illa negat, cui ait Dominus: Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi; dabis aquam, tu forsitan petisses ab eo; & deisset tibi aquam vivam. Tunc mulier aviditate tam saluiferæ undæ ait: Domine da mihi hanc aquam. Ait illi Jesus: Voca virum tuum, ut veluti illum faceret participem. Respondit mulier, & dixit: non habeo virum. Dicit, ei Jesus: Bene dixisti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti; & nunc quem habes non est tuus vir. Inscia mulier fontis, defectus suos celari contendit. At Christus fontem se esse demonstrat, dum ipsius turpitudinem, & fecditatem, instat crystallini fontis ostendit. Tunc mulier jam alta sapiens ait: Domine, video, quia propheta es tu. Quomodo prudens fœmina hanc consequentiam intulit? nam quod ille tot viris fuisset copulata, res erat humana industria cognoscibilis, ac multorum oculis patens, quomodo ergo inde intulit, eum esse Prophetam? de quo quæ lionem excitavi tom. 2. cap. 5, q. 18. Propheta in Scriptura non solum significat vatem, qui futura prædicit, sed etiam Prædicatorem, ac Doctorem. Cum ergo mulier vidisset, quod Christus tanta sagacitate, ac ingenuitate, ejus delicta aperuisset, ac tanquam in vitrea aqua tam aper è ejus delicta expressisset, tunc verè eum Doctorem, ac prædicatorem, agnoscit, & fatetur: cum tali disciplina, tanquam vero fonte, ejus delicta declarasset. Origen. in præfenti: Ex fonte Jesu disciplina patefuit his qui nondum humanum gestans cor.

Tunc quis ostendit Prædicatorem, quando scis, auditorum delicta proponere.

Origen.

Apoc. I. n. 16. Et habebat in dextera sua stellas septem; & de ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat: & facies ejus, sicut sol lucet in virtute sua.

VERSIONES.

Syrus. Ut sunt ipsi in manu ejus dextera stellæ septem; & ex ore ejus gladius acutus duorum orum exiens; & facies ejus, sicut Sol in rubore suo.

Arabicus. Tenebaturque in manu sua dextera septem stellas, & prodibat de ore ejus gladius duarum acierum secans; & erat facies ejus, sicut Sol in vigore suo.

Tygrina. Et de ore ejus utrimque incidens.

D. August. Gladium verò de ore ipsius bis acutum procedentem.

Ysaiah.